

Loisius de Thomasio
Nicolai de Angelo iudex

5

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Loisius de Thomasio
Nicolai de Angelo iudex

5

1447-11-19

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
 Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo
 quadragesimoseptimo. Regnante ... Alfonso Dei gratia
 rege Aragonum, Trinacrie, Valentie, Maioricarum,
 Sardenie et Corsice nec non Ungarie, Ierusalem, Sicilie,
 Dalmatie, Rome, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie
 Bulgarieque rege, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis,
 Barchinone comite, duce Athenarum et Neopatrie ac
 Rossulionis et Ceritanie, regni ... huius suy dominii
 Sicilie citra farum anno tertiodecimo, ... dominante
 quoque in principatu Tarenti, comitatu Licii et civitatis
 Mathere ... Iohanne Antonio de Baucio de Ursinis,
 principe Tarenti, regni Sicilie magno comestabulo etc.;
 mense Novembris, die decimonono eiusdem, undecime
 indictionis, Mathere.

/ Nos Loysius Thomasii Nicolai de Angelo ad contractus
 quo ad causas iudex, Antonellus domini Gulielmi
 de Moromilis, de eadem civitate, puplicus ubilibet
 per totum regnum Sicilie regia auctoritate notarius
 et testes infrascripti, videlicet: dompnus Nicolaus de
 Grisantio, Ni-/colaus Andree de Iuliano, Ciccus Donati
 de Goffrido, Donatus Luce dompni Iacobi et Nicolaus
 Philippi de Siderio,... de eadem civitate Mathere,...
 fatemur... quod... constitutis Angelo Martucii de Iovine
 sive de Peciis et Pasca, muliere eius sorore, filii Martucii
 de Petiis de eadem civitate... et Nicolao Neapolitano
 de Matera... Prefati... Angelus et Pasca asseruerunt...
 habere... petiam unam terrarum... in tenimento Mathere,
 in contrata Nere, iuxta viam puplicam, iuxta vineam
 Martucii, patris ipsorum venditorum, et iuxta vineale
 ipsius Pasce venditricis, rasula mediante;... et placebat
 eis dictam petiam terrarum... vendere... Ea propter

prefati // Angelus et Pasca, stante... cum eadem Pasca...
 Martucio de Pecia, predicto patre suo et legitimo
 mundualdo, sub cuius munduo se esse recognovit,
 consensum et auctoritatem sibi prestante in tota huius
 publici scripti serie et non ultra,... vendiderunt...
 prenominato Nicolao Neapolitano... supradictam petiam
 terrarum... pro... pretio unciarum duarum /

1

2

... Quod scripsi ego prefatus Antonellus... notarius... †
 Ego Loysius Thomasii Nicolai de Angelo reginalis iudex
 qui supra ××× † Ego dopnus Nicolaus de Grisanto qui
 supra testis ××× † Ego dompnus Ciccus de Scalzone qui
 supra ××× † Signum crucis proprie manus mei magistri
 Parisii qui supra testis inlicterati scribere nescientis †
 Signum crucis proprie manus mei Nicolai Andree de
 Iuliano qui supra testis inlicterati scribere nescientis
 † Signum crucis proprie manus mei Cicci Donati de
 Goffrido qui supra testis inlicterati scribere nescientis
 † Signum crucis proprie manus mei Donati Luce dopni
 Iacobi qui supra testis inlicterati scribere nescientis †
 Signum crucis proprie manus mei Nicolai Philippi de
 Siderio qui supra testis inlicterati scribere nescientis

-o sovrascritto su -is
 Nicolao scritto nell'interlineo